



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex  
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &  
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium  
similitudinibus conscripta ...**

**Duplan, Theodore**

**Ruraemundae, 1663**

Symb. 1. Trinitas apostolorum trifariam Crucifixorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12221**

## SUBDIVISIO PRIMA

Trinitas diversorum ex historijs collecta,  
 & tri-distichis ad divinæ Trinitatis  
 mysterium, vel alium pium  
 sensum, accommodata.

## SYMBOLUM 1.

*Trinitas Apostolorum trifariam crucifixorum.*

**T**Res Christi comites Triadis sub schemate-fixi  
 Petrus, & Andreas, tuquè Philippe cruci-,  
 Obtigit Andreæ crux decussata, Petroquè  
 Crux inversa placet, recta Philippe tibi.  
 Quæ tibi sorte datur, Triadis tolerabis amore,  
 Præmia dispensat, (a) temperat antè cruces.

(a) Deus, qui omnia constituit in numero, pondere, mensura, ipse ab aeterno cuique diligenter se, suam crucem definivit, ut tamum, non minus, nec amplius pateretur. Ipse per crucem cum in patientia, puritate, gratia & charitate expolire & perficere decrevit, ipse per crucem ad gloriam eum deducere constituit. Quis ergo horreat aut fugiat crucem a Deo, Patre amantissimo sibi ab aeterno decretam & admensam?

## SYMBOLUM 2.

Tres fenestræ S. Barbaræ.

**S.** Barbara in honorem SSS. Trinitatis tres fenestras jubet fieri in turri, cui custodienda includitur.

**B**Arbara nomen habes: quo (a) sensu dixeris bellum,  
 Quo mundum, Parcas, Eumenidasquè voco.

R 2

Ex